UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1628. usque ad annum 1634

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1778

VD18 90118871

§. 107. Quorumdam Scriptorum Protestantium decessus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-67394

Visual Library

nio Walliæ Principis cum Maria Infante unacum epiſtola ad Jacobum I. Angliæ Regem, qua Hiſpani Regis nomine excuſare juſſus erat, quod Princeps re infecta ex Hiſpania diſcederet: Concinavit quoque Indicem librorum prohibitorum juſſu Cardinalis de Sandoval Toletani Archiepiſcopi, item diſcurſus quinque pro Apoſtolatu S. Jacobi in Hiſpania, præter defenſionem Patronatus S. Thereſiæ in Hiſpania. XI. Nicolaus Janſenius Belga Ord. FF. Præd. edidit animadverſiones pro Abrahamo Bzovio, necnon apologeticum pro hiſce animadverſionibus contra defenſorem Joannis Scoti: exſtat quoque Antverpianis literis excuſa ejusdem defenſio fidei Catholicæ contra Mullerum Prædicantem Hamburgenſem.

Sæc. XVII. A. C. 1634.

§. CVII.

Quorumdam Scriptorum Proteſtantium deceſſus.

Haud magni nominis Scriptores occurrunt, qui hoc anno deceſſere, inter hos tamen celebriores ſunt. I. Nicolaus Petræus, qui de bono originali, Juſtificatione & S. Scriptura diſputationes edidit, præter prodomum in Nahum & Habacuc pluraque alia ad Hebrai-

Freher. Theatr. Vir. Erud.

Sæc. XVII. A. C. 1634.

Hebraicam Theologiam & linguam ſpectantia. II. Guilielmus Forbeſius Edinenſis Epiſcopus, qui conſiderationes pacificas de juſtificatione, purgatorio, invocatione & Chriſto Mediatore poſteris reliquit. III. Laurentius Andreæ Lutheranus vulgavit anatomiam oculorum Salomonicorum, & demonſtrationem, Eccleſiam Pontificiam nunquam fuiſſe veram Eccleſiam. IV. Laurentius Lælius poſteritati reliquit indicem hæreſum, criterium fidei, Scripturam loquentem, & motiva, cur Evangelicus ſuæ Religioni immoretur. V. Nicolaus Helduadenus exauctoratus Paſtor ſcripſit Encolpodion Hiſtoriæ Sacræ, Calendariographiam, Sylvam chronologicam circuli Balthici, & Ephemerides variorum. VI. Valentinus Legdeus, inſignis adulator, ſcripſit examen refutationis Smalci & orationem de inſigni pietate Guſtavi Adolphi Sueciæ Regis. VII. Hugo Nicolaus refutationem conſenſus Lutheranorum cum Calviniſtis elucubrabat.

INDEX